



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117816

§. 14. Theodoreti opera.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66052)

alium de Providentia, alium de Quæstio- Sæculum V.
 nibus circa Magos, Vitam Sanctorum, & A. C. 447.
 plura alia composui; provoco ad accusa-
 tores meos, & Judices! ostendant, si pos-
 sint, aliquam opinionem, quam non e Sa-
 cra Scriptura protulerim.

§. XIV.

Theodoretæ Opera.

Primos Libros contra Hæreticos, quos
 hic Theodoretus memorat, non ha-
 bemus, nisi forte sub Nomine quorum-
 dam aliorum Auctorum lateant; Liber
 Mysticus quoque, & Responsiones de Ma-
 gis, nobis non supersunt, sed Commen-
 tarii in Prophetas, in Psalmos, & in S.
 Paulum extant. Vita Sanctorum est li-
 ber, dictus Philotheus, aliter Historia Re-
 ligiosa, complectens vitas triginta Ana-
 choretarum, quos Theodoretus viderat;
 initium a S. Jacobo Nisibiensi ducitur,
 & usque ad S. Dominam pervenitur.
 Præter illa opera, quæ Theodoretus in
 Epistola ad Eusebium recenset, jam tunc
 amplum de morbis Græcorum, id est, de
 Gentilium erroribus Tractatum elucu-
 braverat, in duodecim libros divisum;
 vastæ Eruditionis specimen Theodoretus
 in hoc Tractatu dedit, in quo ultra cen-
 tum Scriptorum veterum testimonia af-
 fert. In Cantica quoque Commenta-
 rium concinnavit.

v. Dissert.
 Garn. p. 259.
 to. 1. 2. 3.

to. 3.

to. 4.

D d 2

In

Sæculum V.

A.C. 447.

To. I. to. 4.

*Præf. in
Eran.**Dial. 2. p.*

101. 110.

Dial. 3. p.

167.

In hoc secessu, ad quem coactus receperat, scripsisse creditur suum Eranistum, aut Polymorphum, quos libros appellavit, quia credidit, errores in iis se oppugnatos, esse veterum Hæresum colluviem. Erat vero præcipuus error opinio dicentium, unicam in Jesu Christo dari Naturam; quos nempe nimis zelus contra Nestorianos in Hæresin oppositam agebat. Hoc opus in tres Dialogos dividitur; primo titulus est: *Immutabilis*; quia in eo Auctor demonstrat, Verbum, Carnem assumens, non fuisse mutatum. Secundum Nomen habet: *Inconfusus*, ubi probat, Incarnationem factam sine duarum Naturarum confusione. Tertium dixit: *Impassibile*. Inter Patres Orthodoxos citat Theophilum Alexandrinum, & S. Cyrillum, atque Patres Latinos æque ac Græcos sine crimine adducit. In fine varios Sylogismos subjunxit, ut rursus tria hæc vera esse asserat; Verbum Immutabile, commixtionis Impatiens, & Impassibile.

§. XV.

*Epistola Theodoretæ ad Dioscorum.**Ep. 87.*

Quos Theodoretus in dicto opere oppugnare aggreditur, erant, ut ipse improbat, obscuræ vitæ homines, qui solis sceleribus innotescere poterant; id congruit quibusdam Monachis in Oriente